

Chalon. et Antonii Arnaldi, necnon iuxta declarationes archiepiscopi Rothomagensis, quia ex earum tenore clare percipitur, quod si episcopi contumaces subscripserunt eo modo, ut declarant episcopus et Arnald necnon Rothomagensis, plene satisfactum fuit mandatis Sedis Apostolicae, nec amplius potest expeti a quocunque episcopo catholico, cum sub illa generalitate remaneant attrita mandamenta et processus verbales, necnon omnia, quae in contrarium adduci unquam possent. Azzolini riepilogando omnia dicta et adhaerendo sententiae Rospigliosi dicit: Respondendum omnino neque protrahendum amplius tam grande negotium, perpendenda tamen esse verba responsionis. Celsius dixit: Si constaret de sincera subscriptione quatuor episcoporum, utique conveniret cum DD., vero pia confessio subscriptionis non est subscriptio, ideo instandum, ut episcopi doceant de reali subscriptione facta in synodis. Tunc em. Ottonobonus respondit, regulam procedere in actibus producentibus obligationem, non in casu praesenti. Et em. Borromaeus dixit: Ubi agitur de declaratione animi tantum, sufficit quaecunque manifestatio. Em. tamen Celsius perstitit in sua sententia.

Omnes igitur, exceptis em. Albizzi et Celsio, dixerunt: Respondendum esse episcopis, firmetur minuta brevis; revideatur primum per em. Azzolinium, deinde communicetur omnibus em. cardinalibus Congregationis particularis et mittatur Nuntio iuxta mentem cardinalis Rospigliosi.

Eadem die hora prima noctis retuli S. D. N° omnia acta et gesta in s. Congregatione, necnon singula suffragia EE. DD. et minuta Constitutionis faciendae iuxta sententiam em. Albizzi [aveva dato lo schema stesso], quibus auditis Sanctitas Sua praecepit mihi Assessori, ut componerem minutam brevis illamque traderem R. P. D. archiepiscopo Florentino, necnon agerem cum em. Rospigliosi et Azzolini, ut quam primum expediantur responsa danda in Galliis, ut cito rediret ad suos tabellarius.

La seduta presenta anche una lettera anonima di un gesuita francese.

Dal codice *Jansenio e Formulario* del S. Ufficio nella Biblioteca Angelica in Roma, S. 3. 1 p. 448 ss.

Seguono nel codice diverse minute del breve, e quindi i cambiamenti di Albizzi a questo:

«Albizzi: Di più avendo i medesimi vescovi pubblicato non solamente nei loro sinodi che N. S. Clemente IX meglio informato della dottrina del Jansenio aveva approvati i loro mandamenti ed era receduto dalle Constitutioni de' suoi predecessori, ma fatto ciò pubblicare per mezzo dei loro adherenti per tutta l'Europa, come si vede dalle relazioni e dalle gazette di Parigi, d'Amsterdam e di Bruxelles, non pareva rimedio bastante per salvare l'onore e la fama di N. S. e l'autorità della S. Sede, di passarlo con una risposta alla lettera dei quattro vescovi, la quale se si manderà alle mani del Nuntio per preservarla [presentarla?], impegnato a sostenere il suo inganno, Dio sa, che non vi faccia difficoltà in porla nelle mani dei quattro vescovi, e mandi in lungo il negotio che pure fa di mediari [mestieri?] di finire prestamente. Se poi si manderà a dirittura ai vescovi, o negheranno d'ha-